

XXXVII. *Qualiter patroni debent constringi sacramento de non uendendis corredis et sarcii nauium et aliorum lignorum (1).*

Precipimus quod patronus astringi debeat sacramen-
to quod non uendet, nec (2) uendi faciet, nec (3) alienabit
nec (4) alienari faciet, modo aliquo uel ingenio illa sarcia
uel correda, aut (5) aliquid ex eis, que in uiatico uel in uiaticis
habuerit pro sua naue (6), nisi causa meliorandi pro ipsius
nauis utilitate (7) illa sarcia || uel correda; uel quia nauem A. 198
aliquam inueniret (8) cui necessaria essent illa (9) sarcia
uel correda in causa necessitatis. De quo (10) licitum sit
patrono illi (11), cum uoluntate et consensu maioris par-
tis naulizatorum et mariniorum ipsius nauis, uendere
ex suis corredis (12) uel sarcii illi naui; ita tamen quod
correda illa (13) uel sarcia que uendiderit ille (14) patronus
quam cicius poterit sacramento (15) recuperare tenea-
tur (16). Patronus uero (17) qui contra hoc fecerit, in
duplum ualimentum corredi uel sarcii (18) quod uendi-
derit nostro comuni debeat emendare (19). Et hoc intel-
ligimus in naue, banzono et buzonaue uel (20) alio ligno
de ducentis milliariis (21) et inde supra

St. Tarr. 23.

Var. in Q: (1) XLVIII. *Quod non uendandantur [sic] neque alie-
nentur sarcia uel correda nauis.* — (2) neque — (3) faciat, neque — (4)
neque — (5) uel — (6) p. s. n. h. — (7) u. i. n. — (8) uel ad subueniendum
in necessitate aliquam nauem — (9) fuerint ipsa — (10) correda. De
quibus — (11) illa *omesso* — (12) coredis — (13) i.c. — (14) ipse — (15)
per sacramentum — (16) teneantur — (17) autem — (18) u. s. *omesso*.
— (19) d. e. n. c. — (20) naue et — (21) mill. CC